¶ Tabula Christiane religionis valde vtilis et necessaria cuilibet Christiano: quam omnes scire tenentur.



Vltima enim sunt hec q̄ vnusquisq; scire tenetur: videlicet. Articuli fidei. Oratio dn̄ica. Duo p̄cepta legis nature. Decē p̄cepta legis scripte. Duo p̄cepta legis gr̄e. Decē p̄cepta legis canonice. Septē sacramēta ecclie.

Diffinitio articuli fidei.

Articulus fidei est inuisibilis veritas de deo nos artans ad credendum.

Isti sunt .xij. articuli fidei s̄m .xij. aplos.

Petrus | Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi & terre.
Andreas | Et in Jesum christum filiū; eius vnicum dominum nostrum.
Jacob⁹ maior | Qui conceptus est de spiritu sancto natus ex Maria virgine.
Joannes | Passus sub pontio pilato crucifixus mortuus & sepultus.
Thomas | Descendit ad inferos tertia die resurrexit a mortuis.

a

Jacobus minor	Ascendit ad celos sedet ad dexterã dei patris oipotẽtis
Philippus	Inde venturus est iudicare vivos et mortuos.
Bartholomeus	Credo in spiritum sanctum.
Matheus	Sanctam ecclesiã catholicã Sanctorum cõmunionem.
Simon	Remissionem peccatorum.
Thadeus	Carnis resurrectionem.
Mathias	Vitam eternam. Amen.

Ista est oro dñica q ptinet i se. vij. petitiões.
Pater noster q es in celis sctificet nomẽ tuũ.
Adueniat regnum tuum.
Fiat voluntas tua: sicut in celo et in terra.
Panem nostrũ quotidianum da nobis hodiẽ
Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos di-
dimittimus debitoribus nostris.
Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos a malo. Amen.
Ista sunt duo precepta legis nature.
Omnia quecunqz vultis vt faciant vobis ho-
mines et vos eadem facite illis.
Quod tibi oderis fieri alteri ne fereris aliqñ.

Ista sunt .x. precepta legis scripte.
Non habebis deos alienos coram me.
Non assumes nomen dei in uanum.
Memento vt diem sabbati sanctifices.
Honora patrem tuum et matrem tuam vt sis longeuus super terram.
Non occides.
Non mechaberis.
Non furtum facies.
Non dicas aduersus proximum tuum falsum testimonium.
Non concupisces rem proximi tui.
Non desiderabis vxorem eius.

Ista sunt duo precepta legis gratie.
Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex tota virtute tua: et ex omnibus viribus tuis.
Diliges proximum tuum sicut te ipsum.

Ista sunt .x. precepta legis canonice.
De ieiuniis obseruandis.
De festis colendis.
De missis audiendis.
De decimis soluendis.

a ii

ꝙ oīs vtriusqꝫ sex⁹ postq̄ȝ ad ānos discretiōis
ꝑuenerit ꝯfiteatur oīa pctā sua ꝓpria sacerdoti
ꝙ cōmunicet semel in anno saltem in pasca.
ꝙ non cōmedat carnes certis diebus.
ꝙ in dieb⁹ ieiunoꝝ abstineat a q̄busdā cibariꝭ
De tempoꝛibus quib⁹ interdicte sunt nuptie.
ꝙ debitum cōiugale nō petatur certis diebus
vel tempoꝛibus.

Isti sunt dies ieiunoꝛum.

Tota quadragesima . s . a die cinerum vsqꝫ ad sabbatum sanctum exceptis diebus dn̄icis.

Quattuoꝛ tempoꝛa anni scilicet.

Vernale in pꝛima ebdomoda quadragesime.

Estiuale pꝛima ebdomoda post penthecosten.

Autumnale tertia ebdomoda septembꝛis:

Hyemale sabbato an̄ vigiliam natiuitatis dn̄i.

Vigilia natalis domini.

Penthecostes.

Assumptionis beate Marie semper virginis.

Omnium aplo͛ꝝ p̄terq̄ȝ Philippi ꝛ Jacobi ꝛ sancti Joannis euangeliste.

Natiuitas sancti Joannis baptiste.

Sancti Laurentij. Omnium sanctoꝝ.

Isti sunt dies festi colendi:
Natiuitas domini nostri Jesu xpi·
Sancti Stephani prothomartyris·
Sancti Joannis euangeliste·
Sanctorum innocentum·
Sancti Siluestri pape et confessoris·
Circumcisionis domini nostri Jesu xpi·
Epiphanie eiusdem·
Pasce cum duobus diebus sequentibus·
Ascensionis domini nostri iesu xpi·
Penthecostes cū duobus diebus sequētibus
Solennitatis corporis xpi·
Natiuitas: annūciationis: assumptiōis et puri-
ficatiōis btē marie semp virginis dei genitric
Natiuitas sancti Joannis baptiste·
Duodecim apostolorum·
Sancti Laurentij martyris·
Dedicationis sancti Michaelis
Sancti Francisci confessoris·
Solennitatis omnium sanctorum·
Sancti Martini episcopi et confessoris·
Inuentionis sancte crucis·
Dies dominicales·

Festiuitates quas singuli Episcopi in suis episcopatibus vel diocesibus laudauere.

Ista sunt festa mobilia.

Dominice Septuagesime.lx.l.xl.
Dies cinerum.
Dies sanctus pasce.
Ascensio domini nostri iesu xpi.
Penthecostes.
Solennitas corporis christi sacratissimi.
Initium aduentus domini.

Istud est initium aduentus domini.

Prima dñica aduentus est ea que inter.v.kal' decēbris et.iiij.nonas eiusdem contigit haberi
Item prima dñicā aduentus est ea que cadit propinquior festo sancti Andree apostoli.

Istud est inititium septuagesime.

A festo stelle numerando perfice lunam.
Post quadraginta dies ibi.lxx.fiet
Si cadit in lucem domini suppone sequentem.
Bisextus quando fuerit superadditur vnus.

Iste est terminus pasce.

Post nonas martis vbi sit luna noua require
Tertia lux domini proximum pasca fiet.

Isti sunt dies in qbus est audiēda missa.
Diebus dominicis : ꝛ diebus solennibus ab ecclesia constitutis.

Isti sunt dies i qb⁹ nō sūt ꝯcedēde carnes.
Diebus ieiunorum.
Sexta feria ꝛ Sabbato vbi est consuetudo.

Dieb⁹ ieiunoꝝ abstinēdū ē ab his cibarijs
A carnibus generaliter.
Ab ouis regulariter
A lacticinijs in quadragesima.
In alijs ieiunijs seruetur consuetudo terre.

Istis temporibus sunt interdicte nuptie.
Ab aduentu vsqꝫ ad epiphaniam.
A.lxx.vsqꝫ post octauas pasce.
A tribus diebus rogationum vsqꝫ ad septimū diem post penthecosten.

Istis dieb⁹ nō licet exigere debitū ꝯiugale
Diebus festorum.
Diebus ieiuniorum.
Diebus processionum.
Tribus diebus ante sacrā cōionem ad minus
Tempore pregnationis si est periculū abortus
Tempore purificationis post partum.

Tempore menstrui naturalis.
Ista sunt septem sacramenta ecclesie.
Baptismus: cõfirmatio: eucharistia: penitētia: extrema vnctio: ordo sacer: matrimonium.
Ista sunt sacramenta non reiteranda.
Baptismus: confirmatio: ordo sacer.
Ista sunt sacramenta q̃ possunt reiterari.
Eucharistia: penitentia: Extrema vnctio: matrimonium.
Isti sunt. vij. ordines ecclesiastici.
Ostiarius: Lector: Exorcista: Accolit^o: Subdiaconus: Diaconus: Presbiter.
Isti sunt tres partes penitentie.
Cordis cõtritio: oris cõfessio: opis satisfactio.
Iste sunt conditiones confessionis.
Sit simplex: humilis: confessio pura: fidelis:
Vera: frequẽs: nuda: discreta: libẽs: verecũda
Integra: secreta: lachrymabilis: accelerata:
Fortis & accusans: & sit parere parata.
Isti sunt casus penitentiales papales.
Vendentes deferẽtes vl' trãsmittẽtes galleas vel naues: arma: ferrũ: lignamina seu victualia saracenis ad impugnandum christianos.

Exercentes gubernationem in nauibus pyraticis saracenorum.
Impédẽtes auxiliũ vl' ꝯsiliũ i dispẽdiũ terre scẽ
Insecutores pcussores aut captores cardinali um vl' socius faciẽti seu mãdator; vl' rata habẽs pmissa ꝛ consiliũ aut fauorẽ pmissis pstans aut acceptator vel defensor cõmittens premissa.
Qui percusserit ceperit vel bannierit epm vel hec fieri mãdauerit aut facta rata habuerit vel socius fuerit facientis seu consiliũ vel fauorem dederit aut facientem defensauerit
Verberans clericum enormiter.
Excommunicatus a papa nominatim.
Participans tali in crimine.
Excõicat⁹ a delegato pape elapso ãno late snie
Incendiarius quicunqꝫ denunciatus.
Effractor ecclesie vel loci religiosi denũciatus
Falsificans litteras papales.
Utens scienter falsis bullis papalibus.
Decoquens vel scindens corpus alicuius defuncti pro ossibus transferendis.
Inquisitores heresis odio; gratia; amore; vel lucro cõtra iusticiã vel conscientiã omittentes

procedere contra aliquem.
Inquisitores huiusmodi simili odio: gratia vel lucro contra iusticiam vel cosciențiam alicui heresim imponentes.
Inquisitores huiusmodi aliqd imponētes per qd impediri habeat officium inquisitionis.
Qui occasiōe sentētie excōicatiōis suspensiōis ꝛ interdicti late dat licentiā grauandi eos qui tulerunt eam vel suos in personis vel rebus.
Cogente celebrari in loco interdicto.
Euocantes excommunicatos vel interdictos ad diuina officia.
Prohibentes ne tales admoniti exeant.
Excōicati vel interdicti admoniti nō exeuntes quando celebrantur diuina officia.
Religiosi absqꝫ licētia diocesani vel ꝓprij sacerdotis aut illius vicarij solēnizātes mr̄imonia.
Religiosi absqꝫ licētia suprascripta ministrātes sacramenta eucharistie vel extreme vnctiōis
Religiosi absoluētes excōicatos a canone vel a statutis synodalibus in casibus nō concessis.
Religiosi absoluentes a pena ꝛ a culpa.
Clerici ꝛ religiosi inducētes ad vouenduꝫ iu-

randum vel promittendũ de eligendo apud
cos sepulturam vel iã ĩi electam mutando.
Commutatio voti hierosolymitani.
Commutatio voti visitationis liminuȝ aposto
lorum Petri et Pauli.
Cõmutatio voti sancti iacobi in compostella.
Itẽ reliq casus q̃s papa sibi reſuat specialiter.
Isti sunt casus penitentiales episcopales.
Peccatũ clerici p̃ q̃d incurserit irregularitatẽ
Incendiarij quicunq̃ȝ non denunciati.
Effractores ecclesiarum vel aliorum locorum
relligiosorum non denunciati.
Crimen p̃ quo indicẽda esset solẽnis penitẽtia
Excõicati excõicatione maiori exceptis supra
scriptis et alijs ad papam pertinentibus.
Homicidij voluntarij Falsarij.
Violatores ecclesiastice immunitatis.
Violatores ecclesiastice libertatis.
Sacrilegi.
Cõmutatio votorum preter suprascriptorum.
Dispensatio incertorum.
Reliqui casus q̃s sibi reseruant diuersi episco
pi in suis episcopatibus.

In quo casu sit indicēda solēnis penitētia Pro crimine publico ⁊ vulgarissimo per totā vrbem vel alium locum.

Ista sunt septem dona Spiritus sancti contra septem peccata mortalia.

Donum sapientie	contra luxuriam.
Donum intellectus	contra gulam.
Donum consilij	contra auaritiam.
Donum fortitudinis	contra accidiam.
Donum scientie	contra iram.
Donum pietatis	contra inuidiam.
Donum timoris	contra superbiam.

Iste sunt septem species timoris.

Timor mundanus: Timor humanus: Timor naturalis; Timor seruilis: Timor initialis; Timor filialis: Timor reuerentialis.

Ista sunt que scire debet quilibet clericus Legere cōpetenter: Accentuare cōgruenter. Et saltem lecta grammaticaliter intelligere.

Ista sunt q̄ scire debet q̄libet Sacerdos: Materiam ⁊ formā qua conficitur corpus xp̄i

Ista sunt q̄ tenetur scire q̄libet curatus. Formā ⁊ materiā baptismi ⁊ extreme vnctiōis

Item alia que ad curam pertinent.

Ista sunt q̄ scire debet qlibet confessor.

Discernere inter lepram et lepram.

Ista sunt q̄ scire debet quilibet predicator

Proponere verbum dei ad edificationem.

Ista sunt q̄ scire tenetur quilibet Eps.

Soluere difficultates veteris et noui testamēti aut secum habere hec scientem.

Ista sunt ad que tenentur perfecti.

Obedientia prompta:

Paupertas voluntaria.

Castitas integra.

Isti sunt principales inimici hominis.

Demon: Mundus: Caro.

Iste sunt tres virtutes theologice.

Fides: Spes: Charitas.

Iste sunt quattuor virtutes cardinales.

Prudentia: iustitia: fortitudo: temperantia.

Iste sunt diffinitiones premissorum.

Fides est perceptio ī raris sine earū cognitiōe.

Spes est virtus qua eterne vite patienter premium expectamus.

Charitas est dei et proximi dilectio.

Prudentia est bonarum rerum atqȝ malarum utrarumqȝ discretio.
Justicia est virtus singula ꝺm iusti electionem equa ratione diiudicans.
Fortitudo est considerata periculoꝝ susceptio ꝛ diuturna laborum perpessio.
Temperantia est rationis dominium in libidinem ꝛ alios motus importunos.
Iste sunt. vi. partes iustitie.
Seueritas; equitas; veritas; obedientia; liberalitas; benignitas.
Ista est diffinitio premissorum.
Seueritas est virtus debito supplicio cohercens iniuriam.
Equitas est iusticia dulcore misericordie rigorosa temperans.
Ueritas est virtus per quaȝ immutata ea que sunt aut fuerunt aut futura sunt dicuntur.
Obedientia est virtus qua legitima superiorūȝ precepta exequimur.
Liberalitas est virtus beneficiorūȝ erogatrix
Benignitas est virtus ad benefacienda exposita sua cunctos inuitans dulcedine.

Iste sunt .ix. species benignitatis.
Religio: pietas: innocentia: humanitas: miseri cordia: gratia: reuerentia: concordia: amicitia.
Iste sunt diffinitiones premissorum.
Religio est virtus diuinitatis curam gerens cerimoniamque offerens.
Pietas est virtus per quam sanguine coniunctis et patrie beniuolis officium et diligens attribuitur cultus.
Innocentia est virtus omnem iniurie illationem abhorrens.
Humanitas est virtus qua miserationis affectu nos inuicem tuemur.
Misericordia est virtus per quam animus super calamitate afflictorum mouetur.
Gratia est virtus qua amicitiarum et officiorum alterius memoria remunerandi voluntas continetur.
Reuerentia est virtus personis grauibus vel aliqua dignitate seu prelatione sublimitatis debite honorificationis cultum exhibens.
Concordia est virtus conciues et compatriotas in eodem iure spontanee vinciens.
Amicitia est bona voluntas erga aliquam per-

sonam causa illius tantũ qui diligitur.

Iste sunt tres species prudentie.

Prouidentia: Circumspectio: Cautio.

Iste sunt diffinitiones premissorum.

Prouidentia est presentium noticia et futurorum cognitio pertractans euentum.

Circumspectio est virtus diligenter negocij circumstantias examinans.

Cautio est virtus per discretionem virtutum a vicijs impedimenta effugiens.

Iste sunt sex species fortitudinis:

Magnanimitas: magnificentia: fiducia: securitas: patientia: constantia.

Iste sunt diffinitiones premissorum.

Magnanimitas est difficilium rerũ spontanea aggressio et rationabilis.

Magnificentia est difficilium atq preclarorum operum consumatio.

Fiducia est certa spes animi perducendi ad finem incohoatam rem.

Securitas est incõmoditatis imminentes vel affines rei inchoate non formidare.

Patiẽtia est iniuriarum atq contumeliarum et omnis

aduersitatis impetus equanimiter portaris.
Cōstātia ē stabilitas aī firmi ī ꝓposito ꝑseuerās
Iste sunt.viij.partes temperantie.
Modestia; verecundia; abstinētia; moderātia;
honestas; parcitas; sobrietas; pudicitia.
Iste sunt diffinitiões premissorum.
Modestia ē vt⁹ q̄ facit cultū ⁊ motū ⁊ oēz nr̄az
occupationē vltra ꝺfectū ⁊ circa excelsū sistere
Verecūdia ē in gestu ⁊ v̄bo honestatē seruare
Abstinētia ē statutū tp̄s cibandi nō preuenire.
Moderantia est nimium ciborum appetitum
rationis imperium reuocare.
Honestas est nec lautiores cibos querere nec
in apparatu operam dare.
Parcitas est mensurā refectiōis non excedere
Sobrietas est in potu excessum cohibere.
Pudicitia ē moderamī rēis petulētiā donare
Ista est radix omniū malorum.
Superbia.
Ista est diffinitio eius.
Superbia est animi tumor quo deus contem-
nitur.proximus despicitur ⁊ proprio appetitui
supra rationem obtemperatur.

Iste sunt.vij.species superbie.
Inanis gloria:ira:inuidia:auaricia:accidia:gu-
la:luxuria.
Iste sunt diffinitiones premissorum.
Inanis glia ē inordinat⁹ aī motus q̄ qs ꝑpriā
deserit excellentiā vt alios honore precellat.
Ira ē subita aī tēpestas q̄ qs mouet̄ vs⁹ aliquē
Inuidia est dolor animi ex aliena prosperitate
renascens animū torquens.
Auaritia est pestis animi circa diuitias.
Accidia est animi torpor quo quis timet bonū
inchoare aut inchoatum consumare.
Gula est in cibo ⁊ potu superfluus vsus.
Luxuria est incontinentia corporis ex pruriti
libidinis nascens.
Iste sunt.x.species inanis glorie.
Elatio:arrogantia:insolentia:ambitio:conten-
tio:contemptus:contumatia:presumptio:in-
obedientia:irreuerentia.
Iste sunt diffinitiones premissorum.
Elatio est tumor animi quo quis non vult pati
superiorem vel parem.
Arrogantia est tumor quo quis mouetur ad

iactandū se habere quod non habet.
Insolentia est extra cōmunem vsum animum quasi ceteris despectis verba sancta gestus habitusqȝ significare.
Ambitio est desiderium honoris.
Contentio est impugnatio veritatis per fiduciam clamoris.
Contemptus est quod quis honorare tenetur tanqȝ velle negligere.
Cōtumacia ē auctū maioris ex cōtēptu obire.
Presumptio est qđ aliorum est sibi ascribere.
Inobedientia est suis maiorib⁹ nolle obedire.
Irreuerentia est debitam reuerentiam suis maioribus non prestare.
Iste sunt.xi.species ire.
Odium; discordia; rixa; iniuria; impatientia; cōtumelia; proteruitas; malitia; nequitia; malignitas; furor.
Iste sunt diffinitiones premissorum.
Odium est inueteratus rancor animi.
Discordia est aliquorum dissentio quos amoris vinculum colligauit.
Rixa est animi motus in discordia.

Iniuria est dicto vel facto iniusta gerere.
Impatiētia est aī motū impetuosū nō refrenare.
Contumelia est illatio conuitiorum.
Proteruitas ē subitaneo motū in v̄bis ꝓrūpe.
Malicia est qua quis alicui dānnū molitur.
Nequicia est cum quis audet quod nō potest.
Malignitas est mala voluntas ad malum cū mala non possit.
Furor est inueterate aī tēpestas in rōe ꝫ ꝓsiliēs
Iste sunt .vi. species inuidie.
Detractio: susurratio: deprauatio: inuidentia: Plausus ī aduersis ꝓximi: Dolor ī ꝓsꝑis ꝓximi
Iste sunt diffinitiones premissorum.
Detractio est bonam famā alterius denigrare
Susurratio ē inter amicos discordiā seminare.
Deprauatio est bona alterius peruertere.
Inuidentia est prosperos successus alterius nolle videre.
Plausus est in aduersis proximi gaudere.
Dolor in prosperis est bono ꝓximi contristari
Iste sunt .v. species auaritie.
Simonia: vsura: latrociniū: furtum: rapina.
Iste sunt diffinitiones premissorum.

57

Simonia est studiosa volūtas vēdendi vł' emē
di aliquid spirituale vel spirituali annexum.
Usura ē emolumentū quodcūqʒ sorti accedēs
Latrocinium est violenta usurpatio rei aliene
inuito domine.
Furtū ē latēs ɔtrectatio rei aliene inuito dño.
Rapina est violenta predatio rei aliene.
Iste sunt. viij. species accidie.
Desidia: pigritia: pusillanimitas: negligētia im
puidētia: incircūspectio: tepiditas: ignauia.
Iste sunt diffinitiones premissorum.
Desidia ē segnities q̄ qs bonū agere formidat
Pigritia ē iberētia q̄ qs bonū ɔsumare fastidit
Pusillanimitas est animi anxietas qua quis
timet aggredi magna.
Negligentia est animi torpor q̄ qs nimis negli
gens est ad exequēdū illud qđ debet exequi.
Improuidentia est ment⁹ obtenebratio qua qs
nimis pauidus est circa aliq̄ futura ɔsiderāda
Incircumspectio est negocij circumstantias
negligenter examinare.
Tepiditas est remisse circa bñ agēda se habere
Ignauia est ad bonū non assurgere feruenter.

Iste sunt·viij·species gule·
Gulositas: ebrietas: immodestia: inuerecundia
vaniloquium: immoderantia: inabstinentia:
inhonestas·

Iste sunt diffinitiones premissorum·
Gulositas est excessus in cibo·
Ebrietas est excessus in potu·
Immodestia est corporis ornatus et vane supellectilis vsus immoderatus·
Inuerecundia est feda et turpia verba proferre
Vaniloquiũ est in superflua et vitiosa vba exire·
Immoderãtia ẽ nimio appetitui ciborum inherere
Inabstinentia est tempus cibandi preuenire·
Inhonestas est fortiora fercula querere; et in eis attentius operam dare·

Iste sunt·vi·species luxurie·
Fornicatio simplex: adulterium: defloratio seu stuprũ: incestus: impudicitia: pctm̃ ꝯ naturam

Iste sunt diffinitiones premissorum·
Fornicatio est carnale cõmertium preter legitimũ coitum circa adulterium·
Adulterium est violatio alterius thori·
Defloratio seu stuprum est virginis corruptio

Incestus est consanguinitate vel affinitate cō-
iunctam seu religiosam cognoscere.

Impudicitia est exterioribus signis luxuriam
demonstrare.

Peccatum contra naturam est seminis effusio
extra locum ad hoc deputatum.

Iste sunt .vij. virtutes ꝯ .vij. pctā mortalia.

Humilitas	contra superbiam.
Patientia	contra iram.
Amor proximi	contra inuidiam.
Largitas	contra auaritiam.
Diligentia	contra accidiam.
Abstinentia	contra gulam.
Castitas	contra luxuriam.

Ista sunt .vij. verba q̄ dn̄s noster iesus xp̄s
dixit in cruce contra .vij. peccata mortalia.

Pater ignosce illis qꝛ nesciūt qd faciūt. ꝯ iram
Hodie mecū eris in paradiso. contra inuidiam
Mulier ecce filius tuus. deinde dixit discipulo:
Ecce mater tua. contra accidiam.
Hely hely lamasabatani. contra superbiam.
Sitio. ꝯtra gulam Cōsumatū est. ꝯ luxuriam
Pr̄ in manus tuas ꝯmēdo spm̄ meū. ꝯ auaritiā.

Ista sunt·vij·opa misericordie fm corpus·
Esurientes pascere·Sitientes potare·Nudos vestire·Peregrinos hospitari·Infirmos visitare·incarceratos redimere·mortuos sepelir·

Ista sunt·vij opa misericordie fm aiam·
Bonum consilium petētibus dare·ignorātes docere·tristes cōsolari·peccatores corrigere offensas remittere·infirmitates corpoꝝ ꝛ aie patienter ferre·pro amicis inimicis ꝛ oibus fidelibus viuis ꝛ defunctis orare·

Isti sunt·v·sensus corporis·
Uisus;Auditꝰ;Gustus;Odoratus;Tactus·

Isti sunt·v·sensus spirituales·
Preceptio;Cogitatio;Conscientia;Subtilitas;Animositas·

Iste sunt tres potentie anime·
Intellectus;Voluntas;Memoria·

Iste sunt quattuor passiones anime·
Gaudium ꝛ dolor de presenti·
Spes ꝛ timor de futuro·

Iste sunt·vij·etates hominis·
Infantia;pueritia;adolescentia;iuuentus;virilitas;senectus;decrepitas·

Iste sunt diffinitiones premissorum.
Infantia est a natiuitate vsqꝫ ad.vij.annos.
Puericia est abinde vsqꝫ ad.xiiij.annos.
Adolescentia est abinde vsqꝫ ad.xxi.
Iuuentus est abinde vsqꝫ ad.xxviij.
Uirilitas est abinde vsqꝫ ad.xl.annum.
Senectus est abinde vsqꝫ ad.lxx.annum.
Decrepitus est ab inde vsqꝫ ad finem.

Iste sunt sex etates mundi.

Ab adam vsqꝫ ad noe. A noe vsqꝫ ad abraham ab abrahā vsqꝫ ad dauid. a dauid vsqꝫ ad trās migratinnē babylonis. a transmigratiōe babylonis vsqꝫ ad xp̄m. a xp̄o vsqꝫ ad finē mundi.

Iste sunt due vite.

Uita actiua; Uita contemplatiua.

Isti sunt tres status ecclesie.

Uirginum; continentium; Coniugatorum.

Ista sunt octo genera hominum consequentium beatitudinem eternam.

Pauperes spiritu; qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ.
Mites; quoniam ipsi possidebunt terram.
Lugentes pro peccatis; qm̄ ipsi consolabunt.
Esuriētes ꝛ sitiētes iusticiā; qm̄ ipsi saturabunt

Misericordes: qm̄ ipsi misericordiā ꝯsequent.
Mundo corde: qm̄ ipsi deum videbunt.
Pacifici: quoniam filii dei vocabuntur.
Persecutionem patientes propter iusticiam:
quoniam ipsorum est regnum celorum.
Isti sunt .vii. planctus spirituales.
Flere amissionē tpis. flere vitā male correctaꝫ
Flere xp̄i passionem. flere p̄ximi cōpassionem
Flere peccati ꝯmissionē. flere grē optationem
Flere glorie premiationem.
Ista sunt .v. que faciunt seruū xp̄i.
Asperitas penitentie: Puritas conscientie:
Preclaritas sapientie: equitas iustitie.
Largitas misericordie.
Ista sunt tria q̄ hr̄e dꝫ vnusquisqꝫ rsus deū
Dilectio pura.
Obedientia vera.
Perseuerantia continua.
Ista sunt .iiii. q̄ debet hr̄e qlibet erga seip̄m.
Intentio iusta: cogitatio sancta: verbum bonū:
opus perfectum.
Ista sunt .iiii. q̄ debꝫ hr̄e qlibet erga p̄ximū
Subuentio charitatiua: Correctio discreta:

Relaxatio voluntaria; Supportatio cōpassiua
Isti sunt·iiij·quibus deus miseretur·
Lugentibus sua peccata·
Timentibus dei iudicia·
Remittentibus proximis iniurias·
Perseuerantibus in penitentia·
Isti sunt·iiij· quos deus non derelinquit·
Viuentes in innocentia·
Dolentes in penitentia·
Studentes in sapientia·
Sustinentes in patientia·
Isti sunt·xij·fructus spiritus sancti·
Charitas;gaudium;pax;patientia: longanimitas;bonitas;benignitas; mansuetudo;fides; modestia;continentia;castitas·
Isti sunt·xij·enectus spiritus sancti·
Perfectionis;vnionis;operis;dilectiōis;mutue;adhesionis;contristationis; extasis celi; liquationis;feruoris;languoris perseuerātie; gaudij siue exultationis·
Iste sunt tres persone diuine·
Pater; Filius; Spiritus sanctus·
Iste sunt dignitates diuine·

Potentia;sapientia;bonitas.

Iste sunt.ix. cōditates siue ꝓprietates dei.

Bonitas;magnitudo; eternitas; potestas;sapientia; voluntas; virtus; veritas; gloria.

Isti sunt.ix.ordines angelorum.

Seraphin	charitatiui.
Cherubin	scientifici.
Throni	fortes.
Dominationes	dominatores.
Principatus	principantes.
Potestates	potentes.
Uirtutes	virtuosi.
Archangeli	secretarij.
Angeli	annunciantes.

Isti sunt tres principes angelorum.

Michael;Gabriel;Raphael.

Isti sunt tres principes beatorum.

Adam;Moyses;Petrus.

Iste sunt.vij. remunerationes beatorum.

Regnum;possessio;consolatio; saturatio;misericordia; visio;filiatio diuina.

Iste sunt glorie spāles corpoꝝ glorificati.

Pulchritudo;velocitas;fortitudo libertas.

Voluntas; Sanitas.

Iste sunt. vij. glorie speciales aie glorificate

Sapientia; amicitia; cōcordia; honor; potestas securitas; gaudium.

Iste sunt glorie pricipales corpis glorificati

Dulcedo; suauitas; eterna lux.

Iste sunt principales glorie aie glorificate.

Eternitas; visio; amor; splendor; cantus; fragrantia.

Iste sunt pricipales dotes corpis glorificati

Claritas; subtilitas; agilitas; impassibilitas.

Iste sunt principales dotes aie glorificate.

Eterna tentio; clara visio; amorosa fruitio.

Isti sunt. iij. qbus debent aureole i paradiso

Virginibus; martyribus; doctoribus.

Iste sunt. vij. contemplationes vite eterne.

Videre essentiam diuinam.

Humanitatem Christi.

Unionem verbi cum carne.

Videre naturam angelicam.

Videre consortium sanctorum.

Videre seipsum glorificatum corpore.

Videre animam propriam beatificatam.

Iste sunt·xv·admirationes gaudiorum·
O gloria: O gratia: O ingens: O decus: O altitudo: O dulcedo: O sanitas: O magnificentia: O claritudo: O beatitudo: O ineffabilitas: O sublimitas: O celsitudo: O magnitudo: O maiestas·

Iste sunt·vij·miserie·corporis damnati·
Turpitudo: ponderositas: imbecillitas: seruitus: infirmitas: anxietas: vite breuitas·

Iste sunt·vij·miserie anime damnate·
Insipientia: inimicitia: discordia: dedecus: impotentia: timor: tristicia·

Iste sunt·xi·pene damnatorum·
Desperatio: cecitas: odium: obscuritas: fletus: fetor: stridor dentium: amaritudo: eternus ignis: perpetua maledictio·
Ab his malis domine iesu xpe per tuam misericordiam libera nos·

Explicit Tabula ad christiane relligionis disciplinam·

¶ Isti sunt versus continentes .x. precepta dei

Primū preceptum. Unum cole deum.
Qui colit extra deū vel sctōs q̄cunq̄ creatū:
Articulos fidei negans si spemq̄ reliquit.
Uoti transgressor vel qui mortalia nouit.
Et tardans nimium: nolens implere promissū;
Fine malo vouens: ac per se vota refringens:
Incantans faciens fieri breuia ꝛ malefactor.
Inueniensq̄ docens adiscens medius extans.
Orans obseruat qui somnia sortibus vtens.
Blassemansq̄ deū q murmurat ac maledicit.
Uel non posse refert sed despicit aspicit ipse.
Cibans vt faciat mala prauus preterit iste.
Unum cole deum si scit mortaliter ipse.
Secūdū p̄ceptū. Ne iures vane p ip̄m.
Qui cantans fabulās trufans vel turpia dicēs
Despiciendo deū noīat sanctos sacra spernēs.
Judicio iurans mendax inductor ad illud
Periurans: dubiū iurans: mortalia iurans.
Perq̄ crucem fidem animamq̄ deumq̄.
Si adiuuet: hec dicens mendaciter atq̄ iocose
Et per membra dei sanctorum angelorum.

Inducens falsum iurantem quisqꝫ scienter.
Aduertens frangit ne iures vane per ipsum.
Tertiū preceptū. Sabbata sanctifices.
Qui non confessus dimittens ꝛ sacramentum.
In festis missam: sine causa ductor ad illud.
Qui manuale facit vendēs emit at nō edenda.
Ieiunium frangit qui tertia comedit hora.
Qui facit in festo mala prauis grauior extat.
Assumens crisma sacramentum vel mulierem.
Si peccator erat mortali fune ligatus.
Ecclesie vetito qui contrahit tempore sacro.
Choreizans ludens veneri mortaliter agit.
Sabbata sanctifices violat reus atqꝫ superbus
Quartū pceptū Habeas i honore parētes.
Qui precepta dei contemnit atqꝫ statuta.
Vel qui noluerit parere parentibus atqꝫ.
Alere si possit extremos est obligatus.
Irridensqꝫ patrem vel matrem vel maledicēs
Verberās opprobriās blaffemās aspe turbās
Moritur aspernēs habeas in honore parētes
Quintū preceptū. Non sis occisor.
Occisor corde verbo factoqꝫ suasor.
Incitans ꝛ causans cupiensqꝫ pcurat aborsum

63

Uerberat et mandans facientisue torneamenta
Si iudex ceperit ex sacro limite prauum.
Sacrilegus factus ac ledens vel mutilator.
Non sis occisor frangens mortaliter egit.
Sextum preceptum. Non furtum facies.
Si quis furatur rapiens participansque.
Jussio consilium consensus palpo recursus.
Participans mutus nō obstans nō manifestans
Reddere cuncta debet: si causa prima fuisset.
Excipitur mutus nō obstans nec manifestans
Reddere neque debent qui hi sint officiales.
Atque non in causa primus pro parte tenetur.
Fortune lusor cupiens spoliare sodalem.
Ac fraudans ludum retinens inductor ad illum
Hic dare perdenti censebitur aliter egris
Et fraudans iusta pedagia siue gabellas.
Ledens mensuras monetas fur malus extat.
Septimum preceptum. Non mechaberis.
Quisquis non nuptus miscebitur ac polluetur
Per se mollis erit: si nuptus fiet adulter
Atque solutus fornicator extra sodomita.
Incestumque parens facit cum virgine stuprum.
Cumque moniali scelus extat sacrilegumque.

Exigit in sacro qui semine polluit illud:
Et rapiens raptor cum brutis bestia fiet.
Qui clam cõtraxit vel sponsam preuenit actu.
Spondens contrahere mendax vt misceat illi.
Et qui contraxit maiori fune ligatus.
Quinqꝫ modis peccat vxore maritus abutens:
Actibus illicitis semen cum seminat extra
Uas: operans prolẽ deuitans semen emittens
Exercens aliam cupit arcens firmo potentem.
Inuitans tangens inductor medius extans.
Lubrica verba refert iactãs se mechus habet
Octauũ preceptum. Testis iniquus.
Qui mendax fuerit in damnum proximitatis.
Uel mala q dicit bona narrãs vel bona praua.
Accusans vel hoc iurans testis iniquus.
Accusans ceteros odiosus ꝛ vt mala sumant.
Detractor odio mendaxqꝫ relator occulti
Uel diffamator dicens ꝛ manifesta.
Cedula si fiat detractrix cautio ledens.
Atqꝫ secreta ratumqꝫ sigillo vel littera clausa
Proditor ꝛ laudans inducens ad supradicta
Illa reportari gaudens est testis iniquus.
Nonũ pceptũ. Nõ ↄcupisces rẽ pximi tui.
poxed